



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXVIII. Romana census seu fideicommissi. De fideicommisso resultante à verbis enunciativis seu præsuppositivis, habentibus tamen relationem ad aliam dispositionem faciendam, An illa non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ad metiendam disponentis voluntatem attendendum non sit tempus præfens, in quo successionis præstio aperitur, & quid interim casus præbuerit, sed attendendus sit status rerum de tempore testamenti, & quid testator cogitaverit seu voluerit, præsupponendo superexistentiam dicti alterius generis subsidiariè vocati.

Huic proxima videbatur altera quæstio, de qua supra in *Faventina primogenitura disc. 39.*, in cuius casu, contra secundogenitum respondendum censui eo quia eius vocatio erat per meram vulgarem jam defectam, ut ibi.

ROMANA

CENSUS seu FIDEICOMMISSI

PRO

MARCHIONE FRANCISCO

VR SINO

SYM

MATTHEIS ET ALIIS.

Casus decisus per Rotam pro Francisco.

De fideicommissio resultante à verbis enunciativis seu præsuppositivis, habentibus tamen relationem ad aliam dispositionem faciendam, An illa non sequuta, remaneat dispositio perfecta necnè, vel potius tanquam remanens in terminis velleitatis evanescat.

SYMMARIUM.

- 1 **F**avens series.
- 2 **D**e resolutione causa.
- 3 **Q**uod prima decisio non percutiat punctum controversia.
- 4 **T**raditur theorica seu distinctio, quando reservatio futura dispositionis percutiat substantiam, vel accidentia, & indicet voluntatem esse perfectam, vel imperfectam.
- 5 **Q**uando reserens probet, vel non probet sine relato.
- 6 **Q**uomodo applicetur theorica de qua num. 4.
- 7 **F**avore descendendum etiam verba enunciativa, vel præsuppositiva sunt operativa.
- 8 **D**e conf. 636. Decij, quando ratio inducat dispositionem.
- 9 **D**eclaratio non inducit novam dispositionem, sed illam præsupponit.

D I S C. CXVIII.

Fabius Vrsinus instituto hærede Neapolione filio, in testamento per ipsum quamvis nobilem sed parum Litteratum materna lingua, rudi que stylo ordinato, explicata voluntate, quod intendebat eius bona conservari in ipsius Neapolionis

filij & successoribus, idcirco sibi reservari hanc declarationem in codicillis vel alia dispositione per ipsum facienda, quomodo regulari debet per substitutionem & fideicommissum ipsum reservatum, tali verò declaratione non facta, ad hunc luit testamentum prædictum in omnibus et per omnia servari; Deinde que condidit codicillis, in quibus aliqua dispositio ad rem non faciente, prædando in reliquis testamentum servari, nulla fideicommissi facta mentione; Ex Neapolionem fuit superstes Marchio Franciscus, qui postea à creditoribus patris, ut ab istorum molestariè beraret, seu verius volens ipse molestare Marchis pro quodam censu ex dotibus matris cum eis creato, ac malè eum dicto Neapolionem rincto, ut insinuat *sub tit. de censibus disc. 23.* id circo tanquam hæres beneficiatus voluit reservationes de bonis hæreditarijs, ut ita fieri quibus hæreditaria patris non obdaret, exorsive rationem redditione cum creditoribus ac dictis interessatis pluribus controversijs, illa præterea an eidem Francisco liceret ab asse hæreditarijs Neapolionis detrahere ex persona propria fideicommissi bona dicti Fabijavi, Introdutur in *Rota coram V. erospio*, occasione disputandi de hoc constaret de sufficienter redditione rationum, in dicta edita super dicti dubij negativæ resolutione *disc. 28. Aprilis 1674.*, potius incidenter dictum fuit lum extare fideicommissum dicti Fabij, et quod in testamento illud non legereur determinatum, cum solum sibi explicaretur futura voluntas illud ordinandi in codicillis quod cum tempus non esset, hinc proinde id remanere in terminis simplicis velleitatis non redactæ ad adimplendum ac perfectam voluntatem, deducendo ad auctoritatem Baldi in *l. quidam cum finem notabil. ff. de hered. insti. Oldrad. conf. 119. num. 2. de iudic. 623. num. 3. & dec. 13. 13. num. 11.* ista decisio habetur impressa in *par. 5. rec. tom. 2. de iudic. 59.*

Siluit deinde longo tempore causa, quæ oprens Francisus realumere, & consilium proventu deluper à me ac alijs petijt, & quamvis essent in cordes, Aliquibus opinantibus ex dicta ratione perfectionis voluntatis, fideicommissum non esse, me autem opinante oppositum; Hinc volendo meæ opinioni, litem instauravit coram *Bourlemont subrogato*, coram quo dato dubio, An standum vel recedendum à decisio, ut supra *verospio*, super hoc puncto fideicommissi ratione sub die 9. Aprilis 1666. pro recessu à decisio & executione fideicommissi prodijt resolutio, confirmata die 23. Januarij 1668. Vnde propterea firmo pro hoc puncto, convolutum fuit ad eiusdem decisionem revisionem super alijs punctis concernentibus sufficientem redditionem rationum, ac etiam datum fuit aliud particulare dubium, An census census cum dictis de Mattheis cum pecunia doctri tris ipsius Francisci, fuisset benè extinctus, cum dicto Neapolione ob spretam legem seu formam eius impositione præscriptam; Et proposita verò que dubio coram eodem *Bourlemont sub die 1. Aprilis 1669.*, quoad primum peritum fuit in dicta fundamento inventarij malè confecti; Et quoad secundum responsum fuit malè censum extinctum fuisse, atque in hoc statu causa pendet; De hoc autem secundo puncto census habetur mentio in dicta sua materia *sub tit. de censibus disc. 23. in fine de altero validitatis inventarij, ac redditionis rationum, habetur particulariter actum in hac causa in sua materia sub tit. de Hæred.*

Quatenus igitur pertinet ad dictum punctum fideicommissi, certum erat quod de dicta prima decisione edita de anno 1634. nulla in proposito ratio haberi deberet, cum revera de hoc puncto ibi ageretur solum incidenter, nullatenus examinato articulo per suos veros ac proprios terminos, ut comprobati observabam ex auctoritatibus ibi deductis percutientibus terminos diversos perfectionis vel imperfectionis ipsius testamenti: An scilicet scriptura contineret voluntatem perfectam jam redactam ad actum seu terminum testandi, vel potius simplicem preparationem futuræ voluntatis remanentis adhuc in via, non redactæ ad terminum, sive ad actum testandi, juxta distinctionem, de qua pluries habetur actum in sua materia *sub tit. de testamentis.*

Quare punctum ex integro assumendo, Ego prius in consilio edito pro veritate, deindeque scribens in Rota, dicebam, idemque admitebant scribentes pro altera parte, deducentes quoque easdem jura, easdemque auctoritates, punctum esse potius facti & applicationis quam juris, cujus theoria certa est, utpotè in jure clarè ac expressè determinata, cum distinctione, super cujus applicatione rota cadit quaestio, An scilicet in una vel altera parte versaremur, quod penderet à facti particularibus circumstantijs.

Juris enim theoria seu distinctio est, quod Aut substantia fideicommissi vel alterius oneris collata est in futuros codicillos, seu aliam futuram dispositionem, ita ut testamentum in hac parte non contineat perfectam ac determinatam voluntatem jam redactam ad terminum seu actum testandi, sed solum velleitatem seu indicationem futuræ voluntatis, & tunc non sequuto dicto secundo actu perficiente, institutio remaneat pura, alitumque enunciatum onus habeatur pro non enunciato; Et hic est casus *textus in l. cum pater §. finali ff. de legatis secundo*, à quo desumptus est alter *textus in l. si testamentum Cod. de instir. & substit.*, in quorum casu institutio hæredis seu legatum, aut altera dispositio erat in statu perfectionis, onus autem vel alia conditio per testatorem adijcienda erat in statu imperfectionis, ac recipere deb. bat perfectionem à futura dispositione, in quam proinde hujus voluntatis substantia collata esset.

Vbi verò fideicommissi vel alterius oneris dispositio est perfecta quoad substantiam, ita ut voluntas circa eam certa & determinata dici valeat, reservatio autem futuræ dispositionis percuriat accidentia, super modo sci. icet vel forma, cum qua tale onus explicandum est, & tunc licet alia dispositio non sequatur, adhuc tamen onus remanet perfectum, ut bene distinguendo explicat idem *text. in dicta l. cum pater §. fin. ff. de leg. 2. ubi testator ordinaverat fideicommissum ad favorem Civitatis de quibusdam vicis juxta fines & modos in codicillis declarandos, & deciditur, quod licet testator nullam deinde declarationem fecerit, adhuc tamen fideicommissum remanet perfectum, quoniam reservatio futuræ dispositionis non est circa oneris substantiam, sed circa modum exequendi; Qui textus clarius declaratur per alium *textum in l. si testamentum Cod. de instir. & substit.*, ac firmant *l. as. Alex. Castren. Arcim. & ceteri in eadem l. si testamentum, do quibus Facchin lib. 4. controu. c. 4. vers. secunda propositio.* Atque est vera distinctio, super cujus comprobatione frustra desideranda sunt auctoritates, dum desuper habemus jura litteralia.*

Et nihilominus, ut satisficeret moderno usui

existimanti magis aliquas doctrinas modernas vel decisiones quam textus expressos ac literales penè oblitatos, atque in disputationem abitis, dicebam, ultra dictas auctoritates, eandem distinctionem formiter canonizatum fuisse per Rotam in Romana fideicommissi de Brenis 7. Februarij 1661., & prima Februarij 1664. coram Cerro; Licet enim dictæ decisiones invicem pugnent, cum una sit alterius revocatoria, attamen concordant quoad substantiam seu theoreticam juris, solaque diversitas est circa applicationem; Quodque aliud sit substantia fideicommissi seu legati, aliud verò ordo seu modus in eo succedendi, quodque ab uno ad alterum inferre non liceat, firmatur etiam per Rotam in Avenionen. fideicommissi 26 Junij 1664. coram Emerix, & in alijs; In idem conferente altero principio seu propositione, quod licet referens nihil probet vel firmet sine relato ex collectis per Barbof. axiom. 201. in fin. & passim, attamen si referens habet orationem perfectam ala suppletionem non indigentem, tunc non oportet expectare relatam, exijs quæ cæteris collectis, in his specialibus terminis ultimarum voluntatum habentur apud Fesur. quest. 498. numer. 6. & Castill. lib. 4. controu. cap. 43. num. 31. & 33., & generaliter in quacumque materia etiam actuum inter vivos, ut non oporteat expectare relatam ubi referens habet orationem perfectam Rot. dec. 529. numer. 3. par. 5. rec. Gait. de cred. cap. 2. tit. 3. num. 143. & segg. Add. ad Buratt. decis. 52. & conferunt etiam deducta per Peregr. de fideicom. art. 16. num. 111. in principio.

Constituta igitur dicta theoria, super qua scribentes hincindè concordabamus, tota controversia restringebatur ad applicationem, An potius in una quam in altera eiusdem distinctionis parte versaremur; Et in hoc multa hincindè deducebantur, vel à simili, vel cum regulis generalibus, quæ omnia, dicebam ego continere flores seu ornamenta scripturarum, cum decisio absque alia librorum apertura, vel examine conclusionum, penderet à sola lectura testamenti, ex quo indaganda esset testatoris voluntas, An scilicet ista esset perfecta, ac determinata, vel potius indeterminata & explicata per viam simplicis velleitatis.

Revertendo autem ad solam veritatem, de qua etiam ante hujusmodi disputationes ego respondi, juxta ac probabiles viæ fuerunt resolutiones, quodque voluntas ordinandi fideicommissum esset perfecta & determinata, reservatio autem futuræ dispositionis non percuteret substantiam sed accidentia, nempe modum, cum quo fideicommissum regulandum esset, An scilicet esse deberet pro folis masculinis de linea masculina, vel etiam pro omnibus tam agnatis, quam cognatis utriusque sexus, & an in forma simplicis fideicommissi ad mittentis simultaneum concurlum plurium, vel potius in forma majoratus seu primogenitoræ, cum similibus.

Plura verò id suadebant; Primum favor descendendum, cum quibus etiam verba enunciativa vel præsuppositiva, seu aliàs de per se non apta, latam recipiunt interpretationem, ut cæteris relatis advertebatur *decis. 460. numer. 16. par. 1. recent.*

Secundo illa theoria, quam pluries in præcedentibus habemus ad materiam famigerati consilii 636. Decii, An scilicet ex ratione assignata seu aliàs explicata voluntate conservandi bona in agnatione vel alio personarum genere, resultet necne fideicommissum purum ac restitutorium in casu mortis, ut scilicet attendatur, An t. lis ratio, seu voluntas nullo alio dispositivo fideicommissi restitutorio præcedente stet principaliter, ac per orationem inda-

pend-

pendentem, vel potius accessorie, seu famulativè alteri dispositioni, ut primo casu inducat fideicommissum, non autem in secundo, quod rectè ad rem applicari poterat, ut latius advertitur in secunda huius causæ decisione super ista theoricâ penè totaliter discurrenre, dum intentio conservandi bona in filiis, & successoribus Neapolionis explicata erat in oratione principali, ac independenti à quacumque alia dispositione, deindeque accessorie ac famulativè adjecta fuerat reservatio faciendi declarationem in codicillis, ibi, *Eperche intendo limiet beni si confesvino &c.*, però *miriservo di far dichiarazione &c.*

Tertiò quia reservatio facta non est futuræ dispositionis, sed declarationis tantùm; Declaratio autem non continet novam dispositionem, sed illam jam factam præsupponit, eam fortè dubiam clarius explicando, juxta bonum textum in l. adeo 7. ff. de acquir. rer. domino, ubi datur exemplum executientis grana à spicis, cui faciens declarationem assimilatur, ut pluries advertitur in præcedentibus, præsertim in *Romana fideicommissi de Boncompagnis disc. 55.* & in alijs ibi proximis.

Quartò clarius, quia expresse testator dixit declarationem faciendam percutere modum, ibi, *Secondo la quale circa la sostituzione, e fideicommissi si habbia da regolare il presente testamento.*

Quintò quia in codicillis, faciendo quoddam legatum filia femina, illi prohibuit, nè molestias inferret dicto Neapolioni, eiusque filijs, quos proinde ita præsupposuit jam vocatos.

Et sextò demùm clarissime, quodque in secunda propositione captivavit intellectum eorum, qui in prima dubitabant, quod testator expresse dixit, ut eo dictam declarationem non faciente, adhuc testamentum omninò servari deberet, quoniam talis erat eius determinata voluntas; Et his addebam Ego duas alias considerationes, Vnam quod testamentum, non à Notario, vel alio sapiente ordinatum erat, sed ab ipsomet testatore, rudi, & grossolano modo illud scribente, ideoque substantia verisimilis voluntatis magis attendenda est, quàm formalitas verborum; Et secundo ob eiusdem testatoris nobilitatem & qualitatem; ob quam ista voluntas de facili præsumitur, ac redditur probabilior, dum receptum habemus nimium testatoris qualitatem attendendam esse pro eius voluntate indaganda seu interpretanda, ut advertitur *supra disc. 41.* & in alijs pluries.

SVTRINA

SEV

CIVITATIS CASTELLANÆ

FIDEICOMMISSI

Ad petitionem

MARIÆ, vel FLAMINIÆ
BOSCHETTÆ.

Consilium pro veritate, cum aliqua dispositione habita coram A. C. sub ignoto exitu.

Dispositio testatoris, ut venientes in casu servari debeat testamentum eius patris vel alterius majoris, aut intelligenti debeat per veritatem ita ut succedant personæ in testamento relato vocatæ, ac verè certè paterna dispositio, vel potius per similitudinem; Et quatenus testamentum relatam nullum continet fideicommissum, An istud restat evanescat.

S Y M M A R I U M.

- 1 **C**ausa controversa.
- 2 De Statuto Urb. 142. habens locum in districtu sublata differentia salis & foetidis.
- 3 Appellatione juris communis in Statutu parisiensi an veniat jus Romanorum, vel Statutum tatis dominantis.
- 4 Secunda dispositio habens relationem ad aliam, evanuerit, an remaneat inutilis.
- 5 An dicta dispositio relativa operetur pervertitatem, per similitudinem, & num. 9.
- 6 Ista questio cessat, si pro una vel altera parte fuerit conjectura.
- 7 Testium numerus requiritur in adimentis, vel tanta clara testatoris voluntate, sed ad certam random testes singulares sufficientes, ut videtur.
- 8 Testator quando dici debeat dilexisse suam quam propriam filiam.
- 9 Disponens relativè ad alienum testamentum, non disponere de verbo ad verbum suum non interpretatur.

D I S C. CXIX.

Ioannes Baptista Boschetta assignata dote filia, hæredem instituit Camillum filium, non filijs morienti substituit in dimidia hæredem Mariam prædictam; Et moriens deinde Camillum superstitibus Ioanne Baptista & Flaminia, huic dote, illum hæredem instituit, eoque moriente servari voluit circa eius hæredem testamentum paternum, unde factò casu mortis Ioannis Baptista junioris in pupillari ætate, substititibus prædictis Flaminia sorore, & Maria. Hinc orta est inter istas questio super dicta substitutione, ad cuius scilicet favorem illa aspectu atque incertus ex cuius parte de consilio pro requisitus essem, (probabilis forte ex parte Mariæ cum omnia bona, de quibus erat questio, deberent ab hæreditate Ioannis Baptista senioris requam de principali quæstione inspicere præsumi, An intraret Statutum Urbis 142. per quod filij in conditione positi censentur vocati, quoniam prædicti Camilli filij, non patri, sed avunculi propria persona tanquam in conditione positi fideicommissi succederent, unde cessaret omnis questio, etiam illa tacite pupillaris contenta in respectu Ioannis Baptista in pupillari ætate substititibus, dum secundus testator ad suam hæredem dispositionem ut supra relatam restitueret.

Et primò aspectu videbatur Statuto locum cum Oppidum Ronciglioni, ubi testamentum relatam fuerat, atque testator vixerat ac ob-